



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De coniugatis qui aliqua certa re dissidium fecerint, vt innupti maneant.  
lxxi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De coniugatis, qui aliqua certa re discidium fecerint,  
vt innupti maneant. Cap. LXXI*

**A**postolus Paulus dicit, his qui sunt in coniugio præci- *Ex dictis*  
pio non ego, sed dominus, vxorẽ à viro nõ discedere. *August.*  
Quod si dilceserit, manere innuptam, aut viro suo recon-  
ciliari. Potest enim fieri vt discedat ea causa qua dominus  
permisit, aut si forminæ licet virum dimittere etiam pro-  
pter causam fornicationis, quid respõdebimus de hoc quod  
dicit postorius, & vir vxorem non dimittat? Quare non ad-  
didit excepta causa fornicationis, quod dñs permittit: nisi  
quia similem formã vult intelligi, vt si dimiserit quod causa  
fornicationis permittitur, maneat sine vxore, aut recõcili-  
etur vxori? Et post pauca: Dominus autem permittit causa for-  
nicationis vxorem dimitti, sed quia permittit, non iussit.

*De illis qui interueniente repudio, aliis se in matrimo-  
nio copulauerunt. Cap. LXXII.*

**D**e his etiam requisit dilectio tua, qui interueniente *Ex decr.*  
repudio aliis se matrimonio copulauerunt, quos in *Innocentii*  
vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel *pa. ca. 26*  
vxore viuente, quamuis dissociatũ esse videatur coniugium,  
ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non  
videri, in tantũ vt hæ etiam personæ quibus tales coniuncti  
sunt, etiam ipse adulterium commisisse videantur, secundum  
illud quod legimus in Euãgelio: Qui dimiserit vxorẽ suam,  
& duxerit aliam, mæchatur. Et ideo omnes à communione  
fidelium abstinendos. De parentibus autem aut propinquis  
eorum nihil tale statui potest, nisi si incentores illiciti con-  
sortii fuisse videantur.

*Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus  
perdere illã machinauerit. Cap. LXXIII.*

**S**i cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus ca- *Ex cõcil.*  
pitati sententia delere illam machinauerit, ipsa verò vr *Triburiẽ*  
gente mortis periculo, ad episcopum cõfugerit, & auxilium *st. ca. 46*  
qua serit, operosiori tamen si potest episcopus labore desu-  
det ne occidatur: si verò non potest, nullo modo liceat ei  
requerenti eam reddere ad occidendum, quæ se ei obrulit ad  
defendendum: Sed solerti cura transmittat eam ad locum  
quem ipsa delegerit, vt secura possit viuere. Si verò interdũ  
maritus eam inuenerit, & reperierit, secundũ seculum po-  
testatem habuerit quid ei agere velit. Sed audiat S. Augu-